



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria et disputationes scholastica in Summam D.
Thomae Aquinatis**

Nazarius, Johannes P.

Coloniae, 1621

Articvlvs I. Vtrum secundum scientiam inditam, vel infusam Christus
omnia sciat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82325](#)

QVÆSTIO V N D E C I M A.

De scientia indita, vel infusa anima Christi, in sex articulos diuisa.

Deinde considerandum est de scientia indita, vel infusa anima Christi.

Et circa hoc queruntur sex.

Primo, utrum secundum hanc scientiam Christus sciat omnia.

Secundo, utrum hac scientia uti potuerit non conuertendo se ad phantasmatam.

Tertio, utrum hac scientia fuerit collativa.

Quarto, de comparatione huius scientia ad scientiam Angelicam.

Quinto, utrum fuerit scientia habitualis.

Sexto, utrum fuerit distincta per diuersos habitus.

Ratio ordinis.

CVM in qualibet scientia tria considereretur sc. obiectum, actus & habitus, de scientia indita animæ Christi tractatur in hac quæstione S. D. primo de illius obiecto differit in art. 1. quærens: utrum secundum hanc scientiam Christus omnia sciat: Secundo de illius actu, qui secundo loco post obiectum consideratur in scientia, tractat in duobus alijs articulis, nimirum secundo & tertio: in secundo quidem de actu sive vslu huius scientiæ in ordine ad phantasmatam: in tertio vero de collatione seu dictu eiusdem scientiæ: prius enim ordine naturæ est ordo ratione conuersio ad phantasmatam, quam collatio sive discursus: cum hic ex illa dependeat. Et quoniam ex dictorum trium articulorum definitionibus consurgit dubitatio de gradu nobilitatis huius scientiæ, quæ ex doctrina primi articuli videatur maior scientia Angelorum, ex conclusionibus autem secundi & tertii articuli videtur inferior: ideo S. D. in art. 4. proponit quæstum de comparatione huius scientia ad scientiam Angelicam quærens, an hæc scientia fuerit maior scientia Angelorum. Deniq; duabus extremis articulis agit de ratione habitus huic scientiæ conuenienti, & prius quidem proponit quæstum de ratione habitus absolute quærens in art. 5. utrum hæc scientia fuerit habitualis: deinde de unitate, aut pluralitate habitus inquirit in art. 6. quærens utrum fuerit hæc scientia distincta per diuersos habitus.

ARTICVLVS I.

Vtrum secundum scientiam inditam, vel infusam Christus omnia sciat.

Pr. q. 12. a. Ad primum sic proceditur. Videatur, quod se undum 1. o. & 3. Et hanc scientiam Christus non cognoverit omnia. Hec 3. d. 14. a. 3. enim scientia indita est Christo ad perfectionem possibilis 9. 1. & 9. 4. intellectus eius. Sed intellectus possibilis anima humana. 2. Et ut q. 1. non videtur esse in potentia ad omnia simpliciter, sed ad 20. ar. 6. & illa sola, in que potest reduci in actum per intellectum agentem, qui est proprium actuum ipsius, quæ quidem sunt cognoscibilia secundum rationem naturalem. Ergo secundum hanc scientiam non cognovit Christus ea, quæ naturalem rationem excedunt.

Præterea: Phantasmatata si habent ad intellectum humanum, sicut colores ad visum: ut dicitur tertio de Ani- Lib. 3. tex. 3. ma. Sed non pertinet ad perfectionem visua potentia co- 18 & 19. gnoscere ea, que sunt omnia absque colore. Ergo neque ad perfectionem intellectus humani pertinet cognoscere ea, quorum non possunt esse phantasmatata, sicut sunt substantias separata. Sic ergo, cum huiusmodi scientia fuerit in Christo ad perfectionem animæ intellectuæ ipsius, videtur, Naz. in D. Thom. 3. partem.

A quod per huiusmodi scientiam non cognoverit substantias separatas.

Præterea: Ad perfectionem intellectuæ non pertinet cognoscere singularia. Videatur ergo, quod per huiusmodi scientiam anima Christi singularia non cognoverit.

Sed contra eß, quod dicitur Isa. 11. quod replevit eum Spiritus sapientia, & intellectus, scientia, & consilij. Sub quibus comprehendenduntur omnia cognoscibilia: nam ad sapientiam pertinet cognitio omnium diuinorum: ad intellectum autem pertinet cognitio omnium immaterialium: ad scientiam autem pertinet cognitio omnium conclusionum: ad consilium autem cognitio omnium agibilium. Ergo videtur, quod Christus secundum scientiam inditam sibi per Spiritum sanctum habuerit omnium cognitionem.

Respondeo dicendum, quod sicut prius dictum est, conueniens fuit, ut anima Christi omnino esset perfecta per hoc, quod omnis eius potentia alias sit reduta ad actum. Est autem considerandum, quod in anima humana, sicut in qualibet cratula, consideratur duplex potentia passiva. Una quidem per comparationem ad agens naturale. Alia vero per comparationem ad agens primum: quod potest quamlibet creaturam reducere in actum aliquem alterum actum, in quem reducitur per agens naturale: & hoc consuevit vocari potentia obedientie in creatura. Viraque autem potentia anima Christi fuit reduta in actum, secundum hanc scientiam diuinitus inditam. Et ideo secundum eam anima Christi primo quidem cognovit, quæcumque ab homine cognoscipossunt per virtutem iuminis intellectus agentis: sicut sunt, quæcumque pertinent ad scientias humanas. Secundo vero per hanc scientiam cognovit Christus omnia illa, que per revelationem diuinam hominibus innotescunt: sive pertineant ad donum sapientie, sive ad donum prophetie, sive ad quodcumque donum Spiritus sancti. Omnia enim ista abundantius, & plenius ceteris cognovit anima Christi. Ipsam tamen Dei essentiam per hanc scientiam non cognovit, sed solum per priam, de qua supra dictum est.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit de potentia naturali animæ intellectuæ, que scilicet est per comparationem ad agens naturale, quod est intellectus agens.

Ad secundum dicendum, quod humana anima in statu huius vita quoquāmodo est ad corpus obligata, ut sine phantasmatate intelligere non posset, non potest intelligere nisi substantias separatas. sed potest statim huius vita, anima separata poterit aliqualiter substantias separatas per seipsas cognoscere: ut in Prima parte dictum est. Et hoc præcipue manifestum est, circa animas Beatorum. Christus autem ante passionem non solum fuit viator sed etiam comprehensor: unde anima eius poterat cognoscere substantias separatas per modum, quo cognoscit anima separata.

Ad tertium dicendum, quod cognitio singularium non pertinet ad perfectionem animæ intellectuæ secundum cognitionem speculatiuam. Pertinet tamen ad perfectionem eius secundum cognitionem practicam, que non pertinetur absque cognitione singularium, in quibus est operatio: ut dicitur in sexto Ethic. Vnde ad prudentiam requiriunt memoria præteritorum, cognitio presentium, & prouidentia futurorum: ut Tullius dicit in sua Rhetorica. Quia igitur Christus habuit plenitudinem prudentie secundum dominum consilij, consequens est, quod cognoverit omnia singulare presencia, præterita, & futura.

Sensus quæstionis.

Vox illa omnia duplex complectitur genus cognoscibilium, scilicet per naturale lumen intellectus agentis, & per lumen diuinæ reuelationis, ut explicat S. D. in corpore.

Forma Textus.

PRIMA CONCL. *Anima Christi secundum hanc scientiam cognovit omnia, quæ cognoscit possunt per virtutem luminis intellectus agentis: sicut sunt quacunque pertinent ad scientias humanas, & omnia illa quæ per revelationem diuinam hominibus innescunt, sine pertinente ad donum sapientie, sine prophetia, sine ad quocunque donum Spiritus S. Probatur: quoniam in anima Christi consideratur duplex potentia passiva: Vna quidem per comparationem ad ages naturale: alia vero per comparationem ad ages primum, quod potest creaturam reducere in actum altiore actu, in quem reducitur per agens naturale: quæ consuevit vocari potentia obedientialis: & utraque potentia animæ Christi fuit reducta in actum per hanc scientiam diuinitus inditam: ergo secundum hanc scientiam cognovit omnia, quæ cognoscit possunt &c. Antecedens quo ad primam partem probatur: quia in qualibet creature consideratur praedicta duplex potentia passiva: ergo etiam in anima Christi: Quo ad secundam vero partem afferentem utraque potentiam animæ Christi fuisse reductam in actum, probabatur ex dictis supra quest. 9. art. 1. quia scilicet conueniens fuit, ut anima Christi omnino esset perfecta per hoc, quod omnis eius potentialitas sit reducta ad actum: ergo utraque praedicta potentia animæ Christi fuit reducta ad actum.*

SECVNDA CONCL. *Anima Christi per hanc scientiam non cognovit ipsam Dei essentiam, sed solum per primam scil. scientiam visionis. Hæc relinquitur ut nota ex differentia virtutumque scientiarum, & excessu scientiarum visionis super hanc scientiam.*

Expositio Textus.

IN huius artic. expositione Caiet. & post eum Medina varias proponit difficultates ac breuiter definit: quas recentiores pluribus aliis additis ad explicationem primæ conclusionis latissime versant. Nos circa singulas summa breuitate sententiam nostram proferemus. Estigitur

Controversia Vnica.

De obiecto scientie infusa anime Christi, in quinque questiones diuisa.

PRIMA QUESTIO. *An Christu per scientiam diuam cognoscit omnia, quæ ab humano vel Angelico intellectu naturaliter scripsi possunt? Omissis Scoti, Dur. & aliorum antiquorum ac recentiorum quorundam opinionibus, quas referunt hic Caiet. Suar. Valq. & Aluar. qui etiam in quibusdam dissentiant.*

Sciendum est primo ex D. Th. 1. p. q. 1. a. 3. in corpore, & ad 2. vnitatem potentiarum & habitus esse considerandam secundum rationem formalem obiecti: & ideo fieri posse, ut inferiores potentiarum & habitus diuersificantur circa illas materias, quæ communiter cadunt sub una potentia vel habitu superiori, eo quod superior potentia vel habitus fertur in obiectum sub vniuersaliori ratione formalis: ut pater in obiecto sensus communis, quod est sensibile comprehendens sub se visibile & audibile &c. quo sit ut illa una potentia realiter & formaliter, quæ est sensus communis, extendat se ad omnia obiecta quinque sensuum exteriorum: & ob eandem causam scientia Sacrae Theologiae ea omnia sub una ratione considerat, quæ ad diuersas attinent scientias philosophicas. Sic igitur in proposito, quia scientia animæ Christi infusa altioris ordinis est, quam scientia quælibet naturalis & quam omnis alia cognitione supernaturalis di-

A una revelatione ad homines derivata, ideo sub una simplici ratione formalis ad omnia cuiuslibet scientiarum naturalis & reuelatarum cognitionis obiecta terminatur: Virtus enim superioris ordinis & vniuersalior nobilior modo extenditur ad ea, quæ sub inferioris ordinis & minus vniuersali virtute continentur.

Secundo considerandum est, scientiam infusam animæ Christi dici posse quadam ratione supeterna. turalem, & quadam alia ratione naturalem: Nam si consideretur in ordine ad animam Christi absolute sumptam scientiam supernaturalis est, cum ad hanc non habeat anima Christi secundum se consideratam potentiam naturalem, sed obedientiale tantum: si vero consideretur eadem anima Christi, prout est hypostaticæ coniuncta personæ Verbi, atque adeo prout illi quasi naturaliter conuenit vierque status, scilicet viatoris & comprehensoris, scientia hæc dici potest illi quodammodo naturalis: sic enim est in anima Christi non solum ad naturalium, sed etiam ad supernaturalium cognitionem potentiam naturalis. Sicut supra qu. 3. art. 12 de gratia habituali dictum est: quod etiam hic aduertit Cai. & alij recentiores:

TERTIO NOTANDUM est species infusa animæ Christi similes esse speciebus Angelorum, & illis etiam esse excellentes: Cum igitur species Angelorum intellectibus inditam non communes tantum naturas genericas aut specificas, sed etiam vniuersas sub eis existentia singularia representent, ut patet ex 1. p. q. 57. a. 2. multo magis hoc speciebus infusa animæ Christi tribuendum est, ut hic etiam notat & explicat Cai. circare sp. ad 3. argum. D. Th. dicens species angelicas, ac proinde etiam species infusa animæ Christi representare semper eodem modo ex parte ipsius speciei representantis, sine res existant siue non existant, non tamen eodem modo semper representare ex parte rerum representatarum: nam existente Leone representatur ut existens: si vero non existat, non representatur ut existens &c. vide Cai. & ea quæ diximus 1. p. in allegata q. 57. a. 2.

Cum igitur species infusa animæ Christi fuerint à Deo immediate causa & exemplata à Divina essentia, quæ distincte singularia representant, & scientia infusa animæ Christi fuerit longe perfectior scientia Angelorum, ut probatur infra art. 4. & habuerint species illæ omnem perfectiōnem fini Incarnationis congruentem & possibiliter eis communicari, dicendum est animam Christi per species illas, & scientiam inditam vniuersa cognoscisse, que ab humano vel Angelico intellectu scripsi possunt.

QUESTIO SECUNDIA. *An per scientiam hanc anima Christi continue, aut aliquando simul omnia sub ea runtur? comprensensa cognoverit. Valq. disp. 53. c. 2. docet Christum per scientiam hanc ab initio simul acutu cognovisse omnia futura in infinitum per proprium & quidditatuum conceptum dicens haec sola ratione defendi posse Christum in hac scientia non proficisse, & nullam in eo fuisse ignorantiam, nō tamen fuisse aut esse continuo in actuali omnium consideratione, licet aliquando ad actuali omnium considerationem le reducat.*

Sed oppositam sententiam habet S. D. infra art. 5. quam explicat ibi Caietanus & latius Suar. disp. 28. sect. 1. Alvarez disp. 57. terriam hanc statuit concil. Per scientiam infusam non cognoscit anima Christi actu simul omnia entia, que sub ea cadunt, sed habitualiter & successive: ita ut quoties voluerit, posse ut tali scientia ad quamunque rem cognoscendam. Fundamentum eius est; quia cognitio scientiarum inditæ animæ Christi non mensuratur aeternitate, nec potest humanus aut Angelicus intellectus

collectus per plures species simul intelligere, ut A probat S.D. i.p.q.5.8. a.2. & q.8.5. a.4.

Ego vtranque sententiam arbitror esse probabilem: Prior enim consonat perfectioni scientiæ Christi: posterior autem naturæ & ordiniterum videtur esse consonantior: Qui priorem elegerit, dicat lumen supernaturale indicatum animæ Christi ob sui maximam excellentiam virtutem quandam superexcellentem intellectui contulisse, ut eolumine speciebus illis omnibus influxis simul illustratis posset ad vnam vel plures ad modum vniuersitatis eliciendas: quæ scilicet ad vnum scientiæ illius obiectum secundum totam eius latitudinem sub vna ratione formalis comprehensam terminarentur, eo fere modo quo potest Angelus per plures species plures simul actus elicere, ut explicauimus prima parte, q.5.8. a.2. Cui vero posterior opinio magis arriserit, dicat fieri minime posse per Dei potentiam ordinariam, ut intellectus creatus per lumen finitum quantumuis excellens per plures species non subordinatas in repræsentando simul actu & distincte cognoscat omnia etiam infinita per eas repræsentata: quod tamen satis durum videtur: cum nulla appareat absurditas, sine qua nihil est diuinæ potentiae aut sapientiæ & voluntati in anima Christi perficienda de negandum. Ad rationem autem Vsq dicat ex hac opinione non sequi Christum in hac scientia profecisse, aut ignorantiam aliquam habuisse; eo quod integrum & perfectam rerum omnium habitualem per scientiam hanc habuerit cognitionem, dicitur autem aliquis tunc solum in scientia proficere, quando prius non habitum rei notitiam acquirit habitualem, & similiter ignorantia non actualis, sed habitualis cognitionis priuationem importat. Nec verum est quod ait Vsq. nempe nomine scientiæ habitualis intelligit actuū præteritum, cuius maneat memoria, non autem habitum aliquæ infusum vel acquisitum. Postremo dicat distans scientiam potuisse pro libito voluntatis Christi ad actuū reduci secundum exigentiam negotiorum & temporis modo circa vnum, modo circa aliud obiectum: ut ait S.D. infra a.5. ad 2. ex quo infert scientiam hanc in Christo non fuisse frustra. His adde Christum per quilibet speciem potuisse simul actu cognoscere infinita: & cum earum specierum numerus esset finitus, probabile esse Christum singulis successiue vsum fuisse ad omnia per singulas repræsentata cognoscenda: atque ideo nullam in Christo cognitionem habitualem frustra fuisse. Huic doctrina consonant ea, quæ scribit Caet. infra art.5. & Suar. disp.28. sect.1. Vide etiam Cai. infra q.34. a.2. & Ferrar. in secundo cont gent cap.97. & ea quæ diximus infra art.5.

Referuntur
duo contra
candidi S.Th.
cum duplo
concessione
Bergomatis,
&
viragionis
fusca.

Q.3. TERTIA. An Christus per scientiam infinitam certo cognoverit cogitationes cordium, & actus omnium liberos internos & externos. Sancti D. in 3. dist.14. cum duplo q.1.4.3. questio n.1. docet animam Christi hoc generare cognitionis non cognovisse ipsam essentiam, incretam, nec alia omnia quæ ad perfectionem intellectiua partis non pertinent, neque secundum naturam neque secundum gratiam: sicut sunt gesta particularium hominum & huiusmodi: quæ tamen omnia (inquit) cognovit in Verbo: & de Ver. q.20. a.6. sic loquitur: *Ista scientia rerum in proprio genere ponitur in anima Christi, ut nulla naturalium perfectionum ei deesse inueniatur, & ideo tantum per hanc scientiam sciat, quantum naturalis anima cognitio se extendere potest, non solum in hac vita, sed etiam post mortem, eo quod Christus simul fecit secundum animam viator, & comprehensor: sed quedam sunt, ad qua naturalis cognitio nullo modo se extendere potest: sicut est in Naz. in D. Thom. 3. partem.*

psa diuina essentia, futura contingentia, cogitationes cordium, & alia huiusmodi: & horum anima Christi non habuit scientiam per modum ipsum, sed cognovit ea in Verbo, &c. Cui sententia satis aperte videtur esse contraria conclusio prima praesentis articuli. Hanc tamen loquendi diuersitatem nititur conciliare Bergomas dub. 1217. duobus modis: prius est S. Thom. hic loqui de cognitione practica, in alijs autem locis de cognitione speculativa: Secundus modus est D. Thom. in tertio loqui de Christo, & scientia eius infusa simpliciter & secundum se, hic autem loqui de Christo ut est caput Ecclesiæ & pastor omnium.

Bergomas
conciliatio
rejicitur.

Sed neuter conciliandi modus satisfacit. Primum enim supponit singularium cognitiones speculatiuum ad intellectus & scientiæ perfectionem minime pertinere: quæ superpositio simpliciter falsa est. Nam de ratione scientiæ, ut scientia est, non est ut ad vniuersalia & ad ea, quæ secundum se necessaria sunt, terminetur: sed cum nomen scientiæ sit analogum ad plures scientiæ modos, scilicet Diuinum, Beatificum, Angelicum, Humanum & eum qui per infusionem coenunt anima Christi, secundum perfecciores suos modos extenditur ad individua: ut patet in tribus prioribus modis scilicet in scientia Dei, quæ singularia omnia tam naturalia quam libera, tam necessaria quam contingentia, tam praesentia quam præterita & futura cognoscit: ut probat S. Doct. in p. q.14. art. 11. 12. & 13. Beatos etiam in essentia Dei videre singularia patet ex supra dictis, & ex ijs quæ post alios scriptimus ad primam partem q.12. art.8. De Angelis autem quo ad eorum scientiam naturalem id probat S. D. in eodem libro, quaq. 57. art. 2. & alibi sive. Quod autem singularia contingenter futura per scientiam sive per scientias alias proprie dictas cognosci possint: Probatur primo: quia futura contingentia, & ea quæ sunt libera, causas habent suæ futuritionis certas & infallibiles, ipsam scilicet Dei scientiam, voluntatem & prouidentiam: ut ait S. D. in p. q. 14. art.13. ad 1. & q. 19. art. 8 & q. 22. art. 4. per quas causas non solum à Deo, sed etiam à beatis sciri certo possunt: videtur enim quilibet eorum multa futura libera & contingentia in essentia diuina, prout in ea manifestatur determinatio diuina voluntatis, quæ est causa infallibilis omnium futurorum: ad rationem autem scientiæ sufficit, ut quod sciri dicitur per causam infallibile cognoscatur. Vnde etiam in nostra Theologia, quæ beatorum scientie subalternatur, multæ veritates singulares & secundum se contingentes sunt principia a nobis fide credita, sed in Theologia beatorum evidenter: Ut patet de mysteriis incarnationis, passionis, mortis & resurrectionis Filij Dei & alijs similibus. Per scientias vero nostras naturales nulla sciri possunt singularia, & ea praesertim quæ sunt futura libera aut contingentia: Cuius ratio est duplex. Prima: quia omnis scientia nostra naturalis suas conclusiones deducit ex quidditate subiecti tanquam ex propria & necessaria causa: nullius autem essentia subiecti potest esse totalis & necessaria causa singularium quo ad actuales eorum existencias & conditiones individuantes & circumstantias temporum, locorum &c. Secunda ratio est, quam affert S. D. de Vir. q.2. a.5. & in primo contra gent. c.65. dicens similitudinem rei scibilis, quæ est in intellectu nostro, esse acceptam à re materiali, quæ sic agit in intellectum, ut prius agat in sensum: materia autem (inquit) quia est ens tantum in potentia, non potest esse principium agendi: & ideo res, quæ agit in animam nostram, agit solum per formam: Vnde similitudo rei,

que imprimatur in sensum, & per quosdam gradus depurata usque ad intellectum pertinet: est tamen similitudo forme, & paucis interpositis addit: Et quia ad hoc, quod aliquid cognoscatur, requiritur, quod similitudo eius sit in cognoscente, non autem, quod sit per modum, quo est in re, inde est, quod intellectus noster non cognoscit singularia, quorum cognitio ex materia dependet: quia non est in eo similitudo materia. Sed quia singularia cognoscuntur indirecte ab intellectu nostro eo modo, quo alibi declaravimus, quatenus scilicet unum sunt intellectus & cogitativa in ratione mouentis & moti, ac propterea actus cogitatiæ, quo singularia cognoscit, tribuitur intellectui: ideo nostra Theologia, quæ scientia supernaturalis est, de multis agit veritatibus singularibus secundum se quidem contingentibus, sed in ordine ad diuinam voluntatem & prouidentiam necessariis necessitate suppositionis & infallibilitatis: ut explicavimus supra *q. 1. contr. 1. §. Iam vero.* Nec placet quod alij dicunt, videlicet infundi Theologo species supernaturales singularia representantes, aut species naturaliter acquisitas addito lumine supernaturali vigorati, ut etiam singularia repræsentent, vel ut ex noua eaurum ordinatione fiat repræsentatio singularium. Primum enim voluntarie dicitur nec nullum habet legitimum fundamentum ex scripturis aut patribus, ac præferim ex doctrina D. Thom. Nec aliquid est scitum in nostra Theologia aut in eius principiis, cui repræsentando non sufficiunt species naturaliter acquisitæ cum lumine supernaturali. Secundum autem falso esse probatur ex eo, quod lumen supernaturalis additum speciei non mutat naturam speciei, quæ tota consistit in repræsentando, sed eam perficit iuxta modum ipsius, ut scilicet speciem vniuersali repræsentantem eleuet ad ordinem supernaturalem, & simul cum aliis speciebus supernaturalia repræsentet: ut patet de specie hominis, cui addito lumine supernaturali, & speciebus diuinæ potentiae resurrectionis, immortalitatis & beatitudinis additur etiam repræsentatio rei & veritatis supernaturalis afferentis hominem diuinam potentiam resurrecturum ad vitam beatam & immortalem: species autem, quæ cum vniuersali natura singularia naturaliter repræsentant, quales sunt species Angelorum, ad ea novo & altiori modo repræsentanda virtute lumiinis supernaturalis eleuantur: Et ex hoc etiam tertium confutatur: nam species, quæ ex sui natura solum in vniuersali repræsentant, quomodounque ordinentur, nunquam repræsentandi naturam immutabunt: ac proinde nunquam in eis poterunt singularia relucere. Cum itaque species per se infusa anima Christi sint nobiliores speciebus Angelorum, & altiori etiam lumine illustrentur, poterunt multo magis quam species Angelorum singularia repræsentare.

Secundus etiam modus conciliandi, quo virtutus predicatoris author, falsus est: quia sicut Christus ex vi scientiæ per se infusa non cognoscit futura contingentia & cogitationes cordium, ita neque haec cognoscit ex vi scientiæ beatæ ut sic, sed quatenus haec in Christo est ut in capite, indice & pastore vniuersalis Ecclesiæ: at Christus dicitur absolute haec per scientiam visionis cognovisse: igitur haec etiam absolute cognovisse dicendum est per scientiam inditam.

Approba-
tur senten-
zia Cai. &
aliorum d-
centium cu-
D Th. Chris-
tiu per hanc

DICAMVS igitur cum Cai. & aliis D. S. hic a priori sententia recessisse, & meliorem ac dignitatem Christi magis congruentem elegisse. Hanc autem esse meliorem probatur quo ad eam partem, de qua modo quæstio est, videlicet quo ad cogitationes cordium: quia *Matthæi 9. Marci 2.*

& 8. & Luc. 5. dicitur Christum cognovisse cogitationes hominum, & singulariter *Marci 2. dici-*
scientiam
*Christus cognovisse spiritu suo cogitationes scribarum: spiritus enim, id est anima, Christo conuenit quatenus homo est: igitur per animam, scientia nimis infusa perfectam, videt Christus scribarum cogitationes. Scio multos ex S. Patribus affirmare ex his locis efficax argumentum deduci ad Christi diuinitatem comprobandum: ita Chrysostom. *Hom. 30. in Matth. Hieronym. in Matth. cap. 9. Cyril. lib. 2. in Io. n. c. 37.* qui multa diuina scripturæ testimonia proferunt ad ostendendum Christum suam diuinitatem manifestasse, quia cordium videbat cogitationes: his adde Bedam in *Matth. c. 10. super illud. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* ex quo videtur manifeste sequi Christum per nullam creatam scientiam aut cognitionem cordium cogitationes cognovisse: nam si per infusam à Deo scientiam eas cognovit, eandem potuisse habere cognitionem etiam si non fuisset Deus: sed facile solvit r. hæc obiectio dicendo scientiam infusam, qua cogitationes omnes & omnia futura cognoscuntur, soli Christo Deo & homini proprio esse, illiciique conuenire ut dispositionem exornantem uniuersum hypothaticam, & ex ea profluere, sicut supra de gratia habituali dictum est: & ideo ex hac cognitione, tanquam ex proprietate soli Deo & homini conueniente bene & efficaciter ostendunt patres Christum vere fuisse Deum. Qui tanquam Deus naturaliter, & tanquam homo per scientiam inditam ex unione hypothaticæ dimanant videret omnes cogitationes, ex quibus aliquas non nunquam Deus quibusdam lumine propheticæ reuelauit, ut patet de Eliaco & aliis. Secundo probatur eadem pars: quia Christus in quantum homo, est iudex omnium hominum quo ad eorum actiones internas & externas: ut probat S. D. infra q. 59. art. 2. & habetur expresse *Ioan. 5. vbi* dicitur: *Potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est:* igitur ad eum quatenus homo est, pertinet cognoscere cordium cogitationes bonas & malas, ut illis debita præmia, his vero condigna supplicia decernat. Tertio probatur ratione D. Th. superioris explicata: cuius vim aperit Caiet. & alij expositores. Alias probationes lege, si placet, apud recentiores.*

Quæstio Quarta. An, & quomodo Christus per scientiam inditam certo, & infallibiliter cognovit futura contingentia, praesertim libera? Tres sunt de propria dubitatione sententiæ. Prima est S. Th. *loci supra notatæ:* qui negat animam Christi per scientiam infusam cognoscere futura contingentia, & ait hæc ab ea cognosci visione beata. Secunda est quorundam Theologorum afferentia hæc ab anima Christi cognosci per donum prophetæ: Tertia est S. Th. hic & omnium discipulorum eius ac expositorum dicentium futura contingentia ab anima Christi cognosci per scientiam inditam: sed in explicando cognitionis modo dissentient.

Nam Medina duo dicit: *Primum est, animam Christi per species infusas cognoscere futura contingentia non in seipso, neque in causis suis, sed medio modo scilicet per revelationem Dei. Secundum est, hanc scientiam non esse intuituam.*

Ban. 1. p. 9. 57. 4. 2. dub. 3. tria dicit: *Primum est, species infusas animam Christi non repræsentare liberam determinationem diuinæ voluntatis ad producendum futura contingentia: quia id per nullam speciem creatam praetuli potest. Secundum est, species animæ Christi repræsentare quidditatem futurorum contingentium antequam existant, non tamen actualem durationem existentem.*

tie futura: *Tertium est actualē hanc durationem A cognosci ab anima Christi per evidētiā in Deo attestante.*

Suar. *diss. 27. sect. 2.* tria dicit: *Primum est futura contingentia, præsentim libera, nō posse cognosci in determinatione diuinæ voluntatis: Secundū est probabilit̄ dici posse hæc futura posse ab anima Christi cognosci intuituē per quādam participationem scientiæ Dei, qua cognoscit non solum quid factura sit creata voluntas posita in talibus circumstantiis &c. Sed etiam quid actū faciet: quia (inquir) rem hanc esse futuram est quādam veritas, omnis autem veritas de se est cognoscibilis ab eo, qui sufficientem habet vim cognoscendi. Cum autem ex parte Dei ad horum futurorum cognitionem duo concurrent, scilicet essentia ipsa diuina ut species repræsentans hæc futura quo ad omnes eorum conditiones, & lumen quo iudicat de re cognita intuituē, puta voluntate creata, non solum quid possit, sed etiam quid factura sit, utrumque communicabile est intellectui creato: quia dare potest illi Deus species quae ad quādam imitationem essentia diuinæ representant res futuras quo ad omnes eorum conditiones, & infundere lumen supernaturale quo vim habeat participatam ad iudicandum, non solum quid possit sed etiam quid factura sit creata voluntas: quam cognitionem ait esse proprie intuituam: quia attingit rem ipsam futuram secundū omnes conditiones existentiae tam distincte & perspicue, ac si esset realiter existens: quod est habere illam obiectivæ præsentem. *Tertium est, probabilius esse per hanc scientiam cognosci futura contingentia solum abstractiæ per medium, quod est diuina revelatio includens diuinam autoritatem, & testificationem evidenter per lumen huius scientiæ manifestatam.**

Alii autem recentiores viri doctissimi docent Christum per hanc scientiam intuituē cognoscere omnia futura cōtingentia, ut in seip̄is prælentiæ & coexistentiæ cognitioni istius scientiæ, qua cognoscantur.

Denique Caet. *bis ad secundum dubium in fine* dicit animam Christi per species infusas intuituē & perfecte videre præterita præsentia & futura, quam opinionem sequitur Alvarez *disputatio. 60.*

Advertendum est primo dupliciter intelligi posse futura contingentia in seip̄is cognosci. Irimo, ut cognosci in seip̄is idem sit, quod non cognosci in alio vel in aliis, puta in causis aut in effectibus vel in dicentis attestatione, sed secundum proprium esse, quod illi conuenit in rerum natura: & hoc modo quælibet res distincte secundum eius existentiam vel etiam secundum eius existentiam cognita, dicitur in seip̄is cognosci, etiam si cognoscendi sit præsens obiectivæ tantum, & abstractiæ cognitione cognoscatur: Secundo potest intelligi futura contingentia in seip̄is cognosci nō ea ratione tantum, quod non in alio, sed secundum esse proprium cognoscuntur, verum etiam quia cognoscuntur ut actū præsentia secundum propriam existentiam, vel ut coexistentia cognitioni in eadem mensura durationis, etiam si non existant, aut coexistant in mensura propria: & hoc modo Deus & beati futura contingentia cognoscunt in seip̄is, quia cognoscunt ea ut coexistentia cognitioni in mensura aeternitatis, ut in prima parte, q. 14. dictum est.

Ex hac distinctione sequitur alia distinctione, nimirum duplē esse aut dupliciter dici posse cognitionem intuituam: Vno modo: quia terminatur ad rem secundum eius proprium esse, quod

*Cognitio in
intuituā du-
plex.*

Naz. in D.Thom. 3. partem.

habet vel habuit aut habitura est in rerum natura, etiam si cognoscēti siue cognitioni non coexistat in mensura cognitionis, sed sit illi præsens tantum in esse obiectivo: & hic est improprius modus intuituæ cognitionis. *Alio modo*, quia terminatur ad rem secundum eius proprium esse, & habet actu in rerum natura, & est præsens cognoscēti secundum propriam cognitionis eius mensuram, & hæc proprie dicitur intuituā cognitionis: vt patet ex August. *lib. 11. confess. cap. 17. & 18.* vbi de cognitione intuituā loquitur, prout etiā extenditur ad supernaturalem: & est expressa sententia S. Thom. *1. p. q. 14. a. 9.* vbi statuit differentiam inter scientiam visionis & scientiam simplicis intelligentiæ: quam ibidem explicat Cai. idem docet magis aperte Capreol. *in 4. diss. 10. q. 4. ad 1. contra tertium conclus.*

*Secundo secundum est, fieri non posse per Dei potentiam absolutam, ut homini vel Angelo comunicetur extra Verbum cognitionis intuituā futurorum in seip̄is, ut etiam adiurit Ban. *1. p. q. 14. a. 13. §. sequitur concl. 4.* Ad cuius evidētiā reconvenientia sunt, quæ diximus *in p. q. 10. a. 5. contro. 1. & 2.* ex quibus duo præcipua sunt. Primum est ex differentiis per se mutabilitatibus aut immutabilitatibus intrinseco desumi differentias per se durationis: ex quo sequitur, ut inter durationes esse rei mensurantes prima sit aeternitas essentialis, quæ est ipsum esse diuinum ut maxime immutabile & uniforme, &c. secunda sit aeternitas participata, quæ est nobilissimæ visionis creatæ, qua videtur ab anima Christi essentia Dei: tertia sit ænum, quod est esse substantiale maxime immutabile & uniforme: quale est esse anima Christi, ut ostendimus *p. q. 10. ar. 6.* quarta sit tempus Angelorum discretum: quinta tempus eorum continuum: sexta & ultima tempus nostrum: ut patet ex ijs, quæ diximus *in allegata q. 10.* Secundum autem est differentia inter aeternitatem essentialiæ, aeternitatem participatam, æuum & instantiæ temporis discreti. Nam aeternitas essentialis ab aeterno simul ac coexistit omnibus differentiis seu partibus temporis tam realis quam imaginarij, quia continent eminenter totam temporis latitudinem tam realem quam possibilem: sed aeternitas participata non ab aeterno, sed ex tempore coexistit omnibus partibus temporis realis tantum nō autem imaginarij. Non enim ab aeterno est, nec totam continent eminenter temporis latitudinem realem & possibiliæ: alioquin esset infinita simpliciter, sic ut aeternitas essentialis: sed eam tamen habet inditam excellentiam, ut in supremo sit omnium crearum & creabilium durationum ordine constituta: atque ideo partibus omnib. temporis realis simul actu coexistat: in hoc enim sola inter omnes creatas & creabiles durationes proxime accedit ad aeternitatem essentialiæ, ut eius quasi uniuoca participatio: sicut etiam maxime participat eius immutabilitatem: ut patet ex causis visionis beatificæ, quæ sunt intellectus, lumen gloriae & essentia diuinæ, ut forma est intelligibilis: quæ omnes ab intrinseco sunt immutabiles. *Ænum au-**

*Aeternitas
essentialis.*

*tem totum quidem simul est & partibus omnibus temporis coexistit, non tamen simul sed successive, ut loco *supra notato* declarauimus. Cum enim esse supremi aeterni, quatenus æuum est, ad beatæ visionis immutabilitatem nō attingat, in inferiori constituit ordinem durationum, & ab ea, quæ propria est aeternitas excellentia, deficit, secundū quam aeternitas etiam participata toti simul coexistit temporis durationi. Quod idē multo magis dicendum est de instanti temporis Angelorum discreti, quod non omni tempori nostro sed parti*

Ænum.

*Instanti An-
gelicum.*

tantum, nō simul sed successiue coexistit: quia licet operatio primi æuterni, quæ est ipsum æuum, sit tota simul, est tamen ab intrinseco defectibilis: & ideo inferior æuo est.

Ex hū sequitur primo fieri non posse à Deo cognitionem supernaturalem extra Verbum, quæ mensuretur vno instanti indubius coexistente simul acutu temporis plurium annorum, dierum vel horarum: talis enim operatio defectibilis est ab intrinseco, ac proinde ad immutabilitatem & nobilitatem æui non attingeret, & multo minus ad excellentiam æternitatis ascenderet, cui proprium est pluribus simul temporis partibus coexistere ob summam mensurate durationis immutabilitatem & sui maximam uniformitatem.

Secundo sequitur, solam illam esse proprie cognitionem intuitivam, quæ ad obiectum, vt actu præsens secundum actualem & exercitam eius existentiam, terminatur: ac proinde si Deus sua omnipotētia produceret in intellectu speciem intelligibilem adeo perfectam, vt rem futuram cum sua existentia & omnib. accidentibus representaret, ac si obiectum illud esset præsens cognoscēti secundum realem existentiam, & moueret per se ipsum potentiam ad formandū notitiam sui, suppleret quidem claritatem & perfectionem intuitiæ cognitionis, quatenus cognitio est, nō tamē suppleret illius modum, secundum quem in esse intuitiva notitia constituitur & ab abstractua distinguitur.

Tertio sequitur conciliari facile posse duas oppositas opiniones, sc. eam quæ afferit, & eam quæ negat cognitionem animæ Christi per species inditas respectu futrorum contingentium & praeteritorum fuisse intuitivam: Caiet. autem videtur cognitionem hanc appellasse intuitivam, quia quando res actu fuerint existentes vere tunc est intuitiva, ita vt respectu futrorum vt futura sunt, non sit actu sed habitu tantum aut virtute intuitiva: quatenus scil. eo tempore, quo sicut actu existentia, cognoscuntur eadem scientia & notitia intuitiva: sicut etiam Angeli cognoscunt intuitive res cum actu sunt præentes, ex quibus multis prius eadem specie vel etiam intellectione cognoscebant ut futuras.

*Ex conditio-
mb. lumen
prophetici
obscenitum
anumā Chri-
sti dupli-
citer cogno-
sisti futura
omnia con-
tingentia,
Et lumen
scientia in-
fusa non fu-
isse prophe-
ticum.*

Tertio notanda sunt septem conditiones lunini propheticō conuenientes: prima est, vt sit ex diuinā reuelatione, & nō per modum habitus, vt probat S.D. 2.2.q.171.a.2. & per hāc manifeste distinguatur à scientia: Secunda conditio est, vt nec per se nec vt continuatum cum alio lumine superiori faciat ex natura sua videre principiū eorū, quæ prophetantur: vt probat ibidem S.D. & explicat optime Cai. Tertia est, vt nō faciat evidentiam eorum, quæ prophetantur, quo ad quid aut propter quid, sed tantum quo ad quia est, & quo ad hoc quod est ea est à Deo reuelata: vt ait S.D. in 3. cont. gent. c.154 & de Ver. q.12 a.3. Cai. 2.2.q.171.art 5. & q.178 a.1. Quarta est, vt sit imperfectum ex sua ratione in genere diuinā reuelationis: vt probat S.D. 2.2.q.171.a.4. ad 2. ex illo 2. Cor. 13. sive prophetia & vacuabuntur &c. vbi licito imperfectionem hanc & obscuritatem quo ad quid, vel propter quid rerum prophetatarum non repugnare claritati scientiae beatæ vel infusa de eisdem obiectis: imperfectione enim hāc & obscuritas se tenet ex parte mediæ, & est negativa tantum: quia scilicet non dicit claritatem: cui negationi non repugnat claritas eiusdem veritatis per aliud medium in eodem subiecto: non autem est priuativa, neque se tenet ex parte subiecti, sicut obscuritas: quæ ideo repugnat claritati cognitionis eiusdem obiecti: Vnde sicut medium probabile, quod nō est ob-

A sc̄rum priuative sed negatiue tantum, quia scilicet non affert claritatem, admittit in eodem intellectu medium necessarium, quod de eodem obiecto confert claritatem, ita lumen propheticum ob eādem causam simul esse potest cum clara de eodem obiecto cognitione. Quinta conditio est, vt rerum cognitionem efficiat sub ratione temporali: vt ait S.D. de Ver. q. 14. a. 8. ad 13. & in 3. diff. 24. quest. 1. art. 1. questione, 1. ad 3. & art. 2. questione, 1. ad 4. Sexta conditio est, vt sit circa ea quæ procul sunt à sensibus hominum secundum sensum, aut secundum locum, aut secundum tempus: vt ait S.D. supra quest. 7. a. 8. Ultima est, vt prophetia sit viator conueniens cum illis, quibus annunciat occulta: vt ait idem S.D. in eodem articulo.

Ex his sequitur primo, animam Christi dupli modo furia contingentia, tam naturalia quam libera cognouisse, scilicet per lumen propheticum, de quo supra qu. 7 art. 8. & per scientiam inditam, per quam, vt hic ait S.D. Christus cognovit omnia, quæ per reuelationem diuinam hominibus innotescunt, sive pertineant ad donum sapientiæ, sive ad donū prophetiæ, sive ad quodcumque dominum Spiritus S.

Secundo sequitur lumen, quo Christus per scientiam infusam hac futura cognovit, non esse lumen propheticum: quia de ratione huius scientiæ tria sunt: Primum est, vt sit habitus; vt probat infra S.D. art. 5. Secundum est, vt continuata cum cognitione suorum principiorum, quæ est per scientiam beatam, dicat propter quid suorum obiectorum desumptum ex determinatione diuinæ voluntatis: Tertium est perfectio maxima luminis & cognitionis huius scientiæ in genere cognitionum supernaturalium extra Verbum, sive in proprio genere: quorum opposita conueniunt lumini propheticō.

PRIMA CONCL. Anima Christi certo & infallibili cognovit futura contingentia, tam naturalia, quam libera, prout sunt in seipsis, sive in proprio genere. Hæc conclusio est S.D. in hoc art. & probatur argumento supra formato. Alias probationes vide apud Med. in solutione secunda difficultatis, & Aluat. diffut. 59. concl. i.

SECUNDA CONCL. Anima Christi non solum per lumen propheticum, sed etiam per scientiam inditam, & per lumen à prophetico diversum cognovit omnia futura contingentia: hæc est Sancti Doct. in textu, & pater ex dictis, & probat eam Aluarez in secunda sua concl. & probatur etiam: Quia Sancti Doct. ait Christum per hanc scientiam cognouisse omnia, quæ per reuelationem diuinam hominibus innotescunt, sive pertineant ad donum sapientiæ, sive ad donum prophetiæ &c. Sed lumen & habitus huius scientiæ est longe altioris ordinis, quam lumen propheticum: ergo lumen huius scientiæ nō pertinet ad lumen propheticum Probatur secunda propositio: quia lumen propheticum causat rerum cognitionem sub ratione temporali, vt ait S.D. locis supra notatis: huius vero scientiæ cognitione terminatur ad obiecta sub ratione æterna, cum non sit inferior cognitione fidei, qua sua attingit obiecta sua ratione æterna, vt ait S.D. in eisdem locis nimur de Ver. q. 14. art. 8. ad 3. & in 3. diff. 24. q. 1. a. 1. quest. 1. ad 3. & a. 2. quest. 1. ad 4. Secundo probatur eadē propositio: quia alioquin hæc scientia nō esset unus habitus per se & formaliter probatur lequa: quia per hanc scientiam multa cognoscuntur in proprio genere & per causas necessarias: quæ vero lumine prophetico reuelantur, nota sunt ex testimonio claro dicentis: constat autem habitus distinguiri ex lumen diversitate & ex

diversis modis procedendi. Tertio probatur ea- A dem propositio: Quia S. Th. supra q.9. art. 3. & de veritate, q.20. art. 3. & 6. probat cognitionem hu- rius scientiae terminari ad res in propria natura, ac per hoc distinguere cognitione beata, qua res vi- dentur in Verbo, & ut sunt in essentia diuina, li- cetur etiam in seipsis secundario videantur. Ex quo patet falsum est, quod ait Suar. in allegata disput. 27. sent. 2. §. secundum ergo modus, ubi docet medium, quod in hac scientia veritatem evidenter ostendit, esse diuinam revelationem in se includentem diuinam autoritatem & testificationem eviden- ter per lumen huius scientiae manifestatam; ita ut per hanc scientiam Christus non habuerit eviden- tiam futurorum contingentium in seipsis, seu in propria eorum natura; cuius dicti falsitas patet etiam ex supra notatis, & clarius elucescat ex di- cendis.

TERTIA CONCL. Anima Christi per hanc scien- tiam cognovit, omnia futura contingentia in seipsis, id est in propria natura, atque adeo cognitione intuitiva impro- prius dicitur. Probatur primo ex locis D. Tho. paulo ante notatis. Secundo probatur omnibus illis ar- gumentis, quibus Aluar. initit probare senten- tiam suam; eis enim probatur solum haec nostra conclusio, ut infra patebit.

QUARTA CONCL. Anima Christi per hanc scien- tiam non cognoscit intuitiva proprie futura conting- entia. Hac patet ex dictis, & probatur: Quia soli cognitioni, quae measuratur aeternitate, proprium est videre futura, ut actu sibi in eadem me- lita praesentia; At cognitione anima Christi per scien- tiam inditam non mensuratur aeternitate; ergo.

VLTIMA CONCL. Anima Christi cognoscit futura contingentia in determinatione diuina voluntatis, ut in caru illi reuelata. Hac concludo multa supponit ad aeternas & ad temporales, seu physicas pre- determinationes pertinentia, de quibus late dis- scerimus in prima parte, q.22. art. 4. contra Molin. Suar. Valent. Valsq. & alios extraneos S. D. expo- sitores. Hanc materiam breuiter tangit Aluar. dis. 59. in reponsonib. ad argum.

Argumen-
ta, & solu-
tiones.

CONTRA PRIMAM CONCL. sunt argumenta, quae affert & solvit Aluar. dis. 59.

CONTRA SEUNDAM CONCL. est argumentum, quod affert & solvit idem author in dicta Controu- num. 8. & facile etiam solvit ex dictis.

CONTRA TERTIAM CONCL. proferri possent ea omnia argumenta, quae refert & solvit idem author disput. 60. sed illa probant tantum nostram quar- tan conclusionem.

Odit cont.
4. concl.

CONTRA QUARTAM CONCL. argumentantur qui- dam recentiores; & primo proferunt diversa loca S. Thom. in quibus ait Deum quandoque impi- mere species & cognitionem mentibus prophetarum, qua cognoscunt futura contingentia, ut praesentia in seipsis. Loca vero sunt in 2.2 quest. 95. art. 1. quast. 171. art. 6. ad 2. & ad 3. q. 172. art. 1. 3. cont. gent. 15. 4. ante medium, ultimus est in 4. dis. 49. q. 2. art. 5. in corpore, & ad r. vbi ait, quod post diem iudicii, vbi sanctorum beatitudo erit consummata, quilibet beatus per specialem reuelationem vi- debit omnia, qua Deus scit scieta visionis. Quod autem loquatur de cognitione intuitiva probat; quia quando futura erunt praesentia in seipsis in sua connaturali mensura, quilibet beatus poterit ea intueri; ergo a die iudicii intuetur illa. Proba- tur illatio: quia alias eorum perfectio post ultimam consummationem posset crescere, quod negat D. Tho. crescerent enim perfectio cognitionis, si postea intuitive viderent in seipsis, quae antea non cognoscabant intuitive in seipsis. Vnde ex

hoc loco sic arguant: Prædicta cognitione beato- rum est cognitione extra Verbum, & est rerum in proprio genere & in seipsis, & terminatur ad fu- tura in seipsis, antequam existant in sua propria mensura; ergo Deus potest creature communi- care cognitionem intuitivam futurorum in seip- sis, antequam existant in sua propria mensura.

Solut.

Rsp. D. Thom. in omnibus istis locis loqui de co- gnitione, seu visione intuitiva improprie dicta, quæ terminatur ad res præsentes in esse obiectu- tu tantum, alioquin dicendum esset cognitione propheticam de futuris contingentibus mensu- rari aeternitate participata, vel alia eiusdem ordi- nis mensura coexistente simul actu pluribus partibus temporis, utrumque autem apud Theolo- gos ac præterit Thomistis hactenus est inauditi- um, & primum etiam negant recentiores prædi- eti; Secundum autem esse impossibile supera pro- batuimus. Ad rationem autem, qua probatur S. Thom. in 4. loqui de cognitione intuitiva pro- priie, quia alias perfectio beatorum posset crescere post diem iudicij, &c. q. negat S. Th. dico S. Th. negare perfectionem cognitionis beatorum extra Verbum posse crescere quoad nouas rerum co- gnitiones; ut patet ibidem ex reponsonone ad 12. non tamen negat posse crescere quo ad modum co- gnoscendi ex parte rei cognitæ, quæ de novo fit existens & præsens cognitioni, & de novo etiam ut actu præsens & actu existens cognoscitur.

Ob. 2.

SECUNDO ARGUUNT, quia Deus potest facere unam cognitionem supernaturalem extra Verbum me- suratam uno instanti indivisiibili coexistenti mille annis, in quibus futura existent in se; ergo poterit dare cognitionem extra Verbum, quæ sit intuitua futurorum in seipsis; consequentia patet: Ante- cedens probatur dupliciter. Primo: Quia cogni- tio angelica mensuratur unico instanti indivisi- bili temporis discreti coexistenti indivisiibiliter multo tempori futuro; ergo poterit Deus facere cognitionem supernaturalem extra Verbum me- suratam uno eminentiori instanti indivisiibili mul- to tempore futuro, puta mille annorum, &c. Se- cundo: Quia ex nulla parte implicat Deum tribue- re talem durationem cognitioni extra Verbum; ergo; Probatur assumptum: quia habet talem durationem non faciliter participare aliquam proprietatem Dei secundum gradum, quo est in- communicabilis: nam licet tota & integra aeterni- tatis sit proprietas Dei impetrabilis, tamen imperfetta quædam participatio illius est parti- cipabilis à creatura, v.g. à visione beata, & alia im- perfector participatio eius communicatur co- gnitioni propheticæ; ergo non implicabit aliam distinctam illius participationem communicari alicui cognitioni supernaturali, qua sit inferior ad mensuram visionis beatae, & superior ad mensuram cognitionis propheticæ. Rsp. Solut. sum esse antecedens, ad primam probationem ne- gatur consequentia: quia instantis temporis discre- ti non coexistit actu simul alicui tempori futuro, sed successiue tantum coexistit illis partibus quæ sunt actu præsentes. Ad secundam negatur assump- ptum: Ad eius probationem dico aeternitatem quidem esse participabilem secundum eam ra- tionem, qua coexistit actu partibus tempo- ris successiuis, sed a summa & excellentissima tantum creatura mensura qua mensuratur duratio beatae visionis, ut ante diximus; quare falsum est mensuram propheticæ cognitionis partici- pare aeternitatem, qua ratione simul coexistit di- versis partibus temporis; Ex his sequitur non posse dati speciem creatam, neque lumen creatu- ri ferius lumine gloriæ, quæ sint principia talis co-

gnitionis intuituæ, quod tamen affirmant prædicti recentiores.

CONTRA VLTIMAM CONCLUS. militant omnia argumenta, quibus probare contendunt Molina & alij eiusdem instituti actus liberos non esse à Deo prædefinitos, quibus alibi satis fecimus.

CONTRA EANDEM CONCLUS. est hoc argumentum. Anima Christi per scientiam inditam non cognoscit futura contingentia in seipsis, quia non mensuratur illa cognitione æternitate, neq; in suis causis indeterminatis; quia sic non sunt cognoscibilia, vt ait S. D. 1. p. q. 14. art. 13, neque in causis determinatis; quia causa libera determinans se ad producendum aliquem effectum potest impediiri; vt patet de causis determinatis ad causam diuinitatem Ezekiæ, quæ fuerunt impeditæ &c. R. f. animam Christi per scientiam inditam certo cognoscere futura omnia contingentia in se ipsis modo superius explicato, non tamen ea videre intuituæ proprie, & ideo non est necesse, vt mensuretur æternitate. Deinde videt etiam illa, vt sunt determinata per diuinam voluntatem; cuius efficacitas impediiri non potest, nec voluntas ipsa mutari. Ex quo sequitur, vt etiam illa videat intuituæ infallibilem eorum veritatem, quatenus prædeterminata est à diuina voluntate vt prima causa; alioquin ea veritas esset à casu respectu diuina voluntatis & prouidentiæ, quod est absurdum. Per quod excluditur Suar. Vasq; & aliorum quorundam recentiorum doctrina.

Sed contra respons. hanc est argumentum Bann. loco supra notato. Quia nulla species creata potest repræsentare liberam determinationem diuina voluntatis, neque idem diuinam, vt causa est, ergo. Probatur antecedens; quia sic oportet diuina voluntaris determinationem & idem repræsentari & cognosci ut in se est, quod per nullam speciem creatam fieri potest. R. f. Antecedens verum esse de repræsentatione per speciem & lumen ordinis naturalis, non autem de repræsentatione per speciem & lumen ordinis supernaturalis. Ad probationem negatur assumptum: quod nulla efficaciatione probari potest; Nam eti per nullam speciem creatam repræsentari possit libera illa determinatio diuina voluntatis aut idem quidditatue & prout in se est, ita vt intuituæ proprie videatur, sicut nec repræsentari potest essentia Dei vt probat S. D. 1. p. q. 12. art. 2. potest tamen repræsentari per speciem creatam quo ad quia est, ita vt intuituæ cognitione minus proprie dicta videatur, vt etiam infra dicemus de rebus supernaturalibus & de mysteriis SS. Trinitatis.

QVÆSTIO QUINTA. An Christus per scientiam inditam cognovit evidenter omnia supernaturalia & mysteria gratiae.

Christum per scientiam inditam cognovisse omnia supernaturalia, & omnia mysteria gratiae exhibita in quacunque reporti differentiae evidenter, & intuituæ, sed improprie.

Sciendum est primo multiplicem esse evidentiæ cognitionis rerum præterim supernaturalium; Prima est per claram earum visionem in essentia diuina medio lumine glorie; & haec conuenit solis beatis, si sit per modum permanentis: Nam per modum transiuntis fuit etiam Paulo & Moysi communicata. Secunda est cognitionis intuituæ proprie dicta extra Verbum; quæ sit per speciem creatam repræsentantem rem existentem & præsentem, vt est actualiter existens & præsens, eo modo quo Angeli per species insulæ cognoscunt non solum rerum species, sed etiam individua sub eis actualiter existentia. Tertia per cognitionem intuituam improprie dictam, quæ sit per speciem perfectæ repræsentantem rem præteritam vel futuram ac si esset existens & præsens actu cognoscendi secundum mensuram cognitionis illius; quo modo diximus animam Christi per

species inditas cognoscere futura contingentia tam naturalia quam libera. Quarta evidentiæ est cognitionis rei per effectus proprios; sicut est cognitio existentiæ Dei & perfectioni eius ex creaturis accepta. Ultima est per cognitionem ex attestacione evidentiæ, cui nulla potest inesse falsitas; qualis est locutio Dei; qui est ipsa prima veritas, cum intellectui nostro loquitur causando in eo conceptus formatos, vel ex præexistentibus speciebus, vel ex nouiter insulis, & infundendo lumen supernaturale evidenter offendens Deum esse qui loquitur. Quod fieri posse duobus exemplis explicant recentiores: primum est in actu vel habitu fidei; quem si quis per Dei revelationem quidditatim cognosceret, clare videret eius entitatem esse supernaturalem, ac proinde non nisi à Deo posse diuinare: Secundum est in humana loquitione; nam qui perfecte proprietatem & modum vocis & locutionis alicuius cognoscit, statim eius audita voce nouit evidenter eum esse qui loquitur: Deus autem suæ locutionis ad intellectum proprium haberet modum, quo supernaturaliter illum immutat & eleuat ad supernaturalia; sicut etiam illi proprium est illabi mentibus. Angelus igitur aut homo ex hoc loquendis modo diuina revelatione evidenter cognito cognoscit etiam evidenter Deum esse qui loquitur; sed cum hic modus sit supernaturalis, quaeritur quomodo eius cognitione habeat evidentiæ: si dicatur habere evidentiæ in attestante, quæ de hac attestatione, quomodo sit evidens: & ne sit processus in infinitum, necesse est deuenire ad attestacionem cognitam evidenter in seipsa; igitur eadem evidentiæ poterunt alia supernaturalia cognoscit, quia de omnibus est eadem ratio. Huius vero difficultatis solutio patebit ex dicendis.

Secundo supponendum est Deum posse creare intellectui speciem & lumen infundere, quibus intuituæ non proprie sed improprie, evidenter tamen, cognoscatur essentia Dei & Trinitas personarum quo ad quia est, quod ostenderetur in quaestione proxime sequenti.

Tertio notandum est, omnia fere supernaturalia creata intrinsece claudere relationem transcendentalis ad Deum, qui est ens per se primo & simpliciter supernaturale; vt patet de visione beatifica, de unione hypostatica, de gratia, fide, spe & charitate, religione, &c. quo sit vt eorum evidens cognitione haberi non possit, nisi cognito etiam ipsorum supernaturalium termino, non quidem intuituæ cognitione proprie dicta, quæ terminatur ad Deum quidditatue cognitum, & prout est in seipso secundo modo superius explicato; prout scilicet est existens & præsens in mensura, qua mensuratur duratio cognitionis; sed intuituæ cognitione improprie dicta, quæ terminatur ad Deum cognitum quo ad quia est, & prout in se est, id est non in alio, in quo cognito cognoscatur; quo modo probabile est Deum per speciem creatam posse representari, & ab intellectu creato cognosci; vt ostenderemus inferius.

PRIMA CONCL. Christus per scientiam inditam cognovit omnia supernaturalia possibilia, neque omnia mysteria gratiae, quæ per Dei potentiam absolute possent. Probatur: quia sic comprehendet omnipotentiæ Dei, quatenus est author gratiae; quod videretur impossibile.

SECVNDA CONCL. Christus per scientiam inditam cognovit omnia entia supernaturalia, & omnia mysteria gratiae nobis exhibita in quacunque temporis differentia. Haec est S. D. in textu; & probatur etiæ: quia Christus vt homo, causa est efficiens & finalis omniæ supernaturalium & mysteriorum gratiae; ergo hec omnia

omnia per scientiam inditam cognovit; consequentia valde probabilis est. *Suppositus præsertim propositionibus assumptis à D. Tho. in probatione huius conclusionis. Antecedens probatur: quia Christus est caput omnium prædestinatorum & fons totius gratiæ, quæ redemptis conferitur hominibus.*

TERTIA CONCL. *Christus per scientiam inditam cognovit predicta supernatura, & mysteria gratiæ euidenter non solum in attestante, sed etiam in seipso, id est non in alio prius cognito; nec ea cognovit intuitu propriæ sed impropriæ. Primam partem huius conclusionis, quod scilicet Christus prædictorum habuerit euidentiam in attestante, admittunt & probant Bann. in 2. q. 5. art. 1. ad 3. & Aluar. hic disp. 61. Secunda vero pars probatur: quia hoc nullam implicat contradictionem, & pertinet ad maximam Christi hominis dignitatem; ergo est attestandum; & cōfirmatur: quia supernatura crea-
ta, & mysteria gratiæ sunt res finitæ, nec eorum cognitio implicat cognitionem quidditatiuum alicuius infiniti simpliciter; igitur per species creatas possunt euidenter repræsentari. Antecedens quo ad primam partem clarum est. Quo ad secundam vero partem patet ex ultimo fundamen-*

*Argumen-
ta, & solu-
tiones.*

*Obi. 1. cont.
3.60746.*

*CONTRA secundam conclus. sunt argumenta;
quæ afferunt & soluit Aluar. in 61. disp.*

*CONTRA tertiam conclus. argum. Bannes: Nam lumen gloriæ quo ad propriam & specificam suam rationem à nullo intellectu carente lumine gloriæ est cognoscibile; ergo neque habitus fidei, gratiæ & charitatis. Antecedens probatur: Quia lumen gloriæ excedit omne aliud lumen & est alterius & superioris ordinis; ergo distincte cognosci non potest alio lumine inferiori; Consequen-
tia vero probatur: quia non potest euidenter cognosci virtus seminis, nisi euidenter cognoscatur fructus qui ex semine potest produci; sed gratia & virtutes Theologicae sunt veluti semina beatitudinis; iuxta illud ad Rom. 6. gratia Dei vita eterna; ergo si lumen gloriæ non est euidenter sine lumine gloriæ cognoscibile, nec alij habitus supernaturales erunt euidenter cognoscibiles. Respon. falsum esse antecedens. Ad probationem dico nullam esse consequentiam; nam etiam diuina euiden-
tia est altioris ordinis, quam sit intellectus creatus actuatus lumine gloriæ, & tamen ab eo quidditatiue cognoscitur. Quamuis igitur in cognitione quidditatiua naturali requiratur euidentitas ordinis, non tamen requiritur in supernatu-
rali. Secundo dico sufficere identitatem ordinis genericam aut quasi genericam; qualis est inter lumen scientiæ inditam animæ Christi & lumen gloriæ; utrumq; enim est lumen intellectuale supernaturalis ordinis, & lumen inditæ scientiæ supremum obtinet gradum inter omnia lumen supernaturale post lumen gloriæ, cui maxime assimilatur.*

Obi. 2.

Contra eandem conclus. argum. Aluar. primo: quia S. Thom. in fine corporis huius articuli agens de iis, quæ Christus cognovit per scientiam inditam, ait: Ipsam tamen Dei essentiam per hanc scientiam non cognovit, sed solum per propriam, hoc est per scientiam beatam, & idem docet art. 5. ad primum, & loquitur in his locis de cognitione euidenti essentiæ diuinae in seipso. Resp. primo: Aliud esse loqui de cognitione euidenti essentiæ diuinae, & aliud de cognitione euidenti entium supernaturalium creatorum, de quibus loquitur nostra conclusio; Secundo responderetur D. Tho. loqui de cognitione illa euidenti, quæ est quidditatiua & intuituia proprie, non autem de illa quæ proprie tantum est intuituia.

Solut.

Secundo: Iuxta sententiam S. Tho. 1. p. q. 12. art. 1. *ob. 1.* nulla potest dari species creata, quæ repræsentet clare & distincte diuinam essentiam prout est in seipso; ergo sub hactenue non potest euidenter cognosci, nisi per scientiam beatam, in qua vni-
tum essentia diuina intellectu in ratione speciei intelligibilis. Resp. D. Tho. loqui de repræsen-
tatione & cognitione quidditatiua & intuituia proprie dicta; secundum hanc enim proprie & abso-
lute loquendo dicitur essentia diuina repræsen-
ti & cognosci clare, distincte & prout est in se-
ipso. *Solut.*

**Quæstiō SEXTA An Christus per scientiam infu-
sam, cognoverit euidenter mysterium sanctissima Trini-
tatis?**

B De proposita difficultate variae sunt opinio-
nes: præcipue vero sunt quatuor. Prima est Valsq. *Super hoc articul. disput. 53. & 1. p. quæst. 32. art. 1. disp. 135.* dicentis nulli intellectui creato com-
municari posse cognitionem claram diuinæ Tri-
nitatis extra Verbum, ac proinde animam Christi per solam visionem beatificam habuisse clarā
notitiam mysterij SS. Trinitatis.

C **Secunda** sententia est Zumel. in 1. p. qu. 32. art. 1. *disp. 2. vbi* statuit quinque conclusiones. Prima est: Possibile est euidenter cognoscere mysterium Tri-
nitatis euidentia in attestante. Secunda est: Impos-
sibile est ut homini, qui nunquam vidit Deum, detur euidentis cognitionis Trinitatis in seipso quantum ad quid est aut quantum ad an est. Tertia est: Christus per scientiam infusam non cognoscit euidenter Trinitatem personarum in seipso. Quar-
ta conclusio. Valde rationabile & probabile est dice-
re, quod anima Christi per scientiam infusam euidenter cognoscit Trinitatem, quantum ad an est: in effectib. supernaturalis ordinis; quam sententiam sequuntur quidam recentiores viri do-
ctissimi. Quinta eiusdem conclusio est: Non est im-
probabile, immo vero ratione consentaneum dicere, quod Christus extra Verbum per scientiam infusam habuit euidentiam Trinitatis in attestante, quantum ad an est.

D **Tertia** sententia est Bann. in 1. p. in allegata qu. &
art. dubio 2. qui tria dicit. Primum est fieri non pos-
se etiam de potentia Dei absoleta, ut detur homi-
ni species creata, per quam possit euidenter co-
gnoscere Deum sicuti est. Secundum est: Probabi-
liter posse sustineri, quod seclusa visione beatifica possit Deus conferre speciem intelligibilem, per quam homo euidenter iudicet Deum esse qui loquitur & reuelat hæc mysteria, ac per confe-
quens euidenter iudicet esse vera quæ reuelatur,
& hæc est (inquit) euidentia in attestante. Terium est: probabilius esse, quod seclusa visione Dei no-
possit mysterium Trinitatis euidenter cognosci
notitia intuituia aut abstractuia.

E **Quarta** sententia est Suar. *disp. 27. sect. 5.* quam sequitur Aluar. *disp. 62.* Hi dicunt Christum per scientiam inditam habuisse cognitionem mysterii Sanctissimæ Trinitatis euidentem in atte-
stante ex vi proprii luminis & reuelationis super-
naturalis.

F **Vlma** sententia est Capr. in 2. dist. 23. quest. vni-
ca, ad argumenta Scotti contra secundam conclusionem; ubi dicit non repugnare, quin virtute cognitionis intuituia quæ beatus intueretur Deum, possit in ipso creari cognitionis abstractuia talis, quæ euidenter appareat Deum esse Trinum & unum, potissimum diuina virtute, ita ut beatus duplice ha-
beat cognitionem de Deo uno & Trino; Vnam beatificam, & alteram non beatificam: quam sententiam sequuntur Caietanus *super hoc articul. &* in 2.

*in 2. 2. quest. 171. art. 5. Molina 1. par. quest. 1. art. 2. A
diss. 4. & alij antiquiores, quos notat Vasq. in alle-
gata sua diss. 135 c. 1.*

*Resolutio.
Constatum
per scientiam
inditam
cognovisse eum
donec in
fussum Tri-
nitatis. Quo-
dams ex pro-
positis dice-
tur modus f-
or probabi-
litatis.*

*Supponenda sunt hic primo ea, quae supra diximus
de duplice modo cognoscendi rem in ipsa, & de
duplice modo cognitionis intuitu; de qua late-
riferit Capr. in allegata diss. 23. in responsionibus ad ar-
gumenta Durandi.*

*Secundo sciendum est cognitionem omnem in-
tuituam fieri per speciem rei propriam; ut patet
ex Capitulo loco notato. Sed species potest dupli-
citer dici propria: Vno modo, quia distincte &
per se representant singula ad rei quidditatem
& conditions eius pertinentia, pro ut existit a-
ctualiter in rerum natura; & haec species causat
cognitionem evidenter & intuituam proprie-
dinem, de quo loquitur Capr. in dicto loco. Alio
modo dicitur species propria, non quia rem per-
fecte & quidditatem representat; ut patet de spe-
ciebus seu conceptibus, quibus nos Deum intel-
ligimus, tam quo ad eius naturam absolutam,
quam quo ad Trinitatem personarum; sunt enim
proprii Deo, quatenus a qualibet alia re distin-
gitur, licet in infinitum ab eius representatione
deficiantur. Multo magis itaque fieri & infundi po-
terunt intellectui creato species, quae non tantum
sunt hoc modo propriae diuinæ Trinitatis, sed i-
psam quo ad quia est evidenter representant, ita
ut in intellectu causent cognitionem intuituam
minus proprie dicetam, quæ tamen simpliciter sit
abstractiuam. Nulla enim videtur esse repugnantia
ut fiat a Deo species, quae distincte & evidenter re-
presentant & intellectui meo diuinam essentiam in tribus
suppositis substantem absque hoc, quod
cognitio ex ea causata terminetur ad ipsam, ut in
actu exercito sic existit, sed haec terminatio sup-
plementatur, licet imperfecte, per speciei & luminis
excellentiem, eo fere modo quo species phan-
tasia per actum sensus communis terminantes ab-
lentes veluti presentes actu distincte ac evidenter
sомнiantibus & quandoque vigilantibus re-
presentant. Quanto namque excellentiores sunt
species intelligibles a Deo supernaturaliter indi-
catae speciebus in phantasia receperis, & lumen illarum
supernaturale nobilis est lumine harum
naturali, tanto perfectiori modo potest Deus per
illas species & lumen intellectui nostro fieri præ-
fens obiective, ita ut intuitu (quamquam minus
proprie) videatur, suppleente quodammodo spe-
ciei & luminis excellentia præsentiam & termina-
tionem obiecti secundum actualem existen-
tiā; qui præsentia modus soli conuenit intuitu
cognitioni proprie dictæ, qualis est visio beatu-
rum.*

*Tertio notandum est posse Deum quo ad absolu-
ta per creatam speciem immediate & distincte, li-
cer non quidditative, representari: ut late proba-
ui & explicau in primis p. q. 5. art. 3. Contr. 1. vbi etiam
ostendi Deum, non solum immediate, sed etiam
immediate representari per substantiam Angeli.
Nulla igitur appetit repugnantia, quin possit
Deus, ut agens supernaturale intellectui creato
speciem infundere supernaturem, quae distin-
cte ac immediate, licet non quidditative nec in-
tuitu proprie. Deum secundum essentiam unum
in tribus suppositis relatiue distinctis substanti-
bus representare; ut etiam affirmit Scotus, quod lib. 7. cuius mentem explicat & tuetur Molina 1. p.
q. 1. a. 2. diss. 4.*

*Conclusiones deduc-
tas, & pro-
batas.*

*PRIMA CONCL. Christus per scientiam inditam
cognovit evidenter mysterium Trinitatis. Haec conclu-
sio est contra Bannensem & Vasquezium: sed in
ea conuenient alij omnes doctores supranomi-*

nati; & colligitur ex texto praesentis articuli, vbi
dicitur Christum per hanc scientiam plenius &
abundanter ea omnia cognouisse, quæ per reue-
lationem diuinam hominibus innotescunt, siue
pertineant ad donum sapientiæ, &c. & ab huius
scientiæ perfectione solum excipit perfectionem
visionis beatificæ; igitur perfectiori modo co-
gnovit Christus per hanc scientiam mysterium
SS. Trinitatis, quam cognoscatur per fidem, aut
prophetiam, aut per quodcumque donum Spiritu-
s sancti: igitur non obscure & enigmatische sed
evidenter. Et confirmatur: quia possibilis est talis
cognitionis; igitur conuenit anima Christi: Antecep-
dens supra probatum est; consequentia est S.D. in
textu dicentis, fusile conueniens ut anima Christi
omnino est perfecta per hoc, quod omnis eius
potentialitas sit recta ad actum. Alias proba-
tiones lege apud Zumel. conclusiones, & apud Sua-
rezum in allegata diss. 27. fest. 5. S. Dico 2.

*SECUNDA CONCL. Probabile est Christum per
scientiam inditam habuisse cognitionem mysterii SS. Tri-
nitatis quo ad quia est evidenter in attestante. Huic
conclusioni consentiunt Bann. Zumel. Suar. &
Aluar. locis supradictis, & præceteris Aluar. eam
probat & tuetur egregie.*

*TERTIA CONCL. probabilis est eorum sententia,
qui dicunt Christum per hanc scientiam evidenter cogni-
uisse Trinitatem esse per species omnium rerum supernatu-
ralium, specialiter autem per species illarum rerum supernatu-
ralium, que dicunt ordinem transcendentalis ad
personas Trinitatis, ut ad obiectum vel causam formalem,
vel terminum: Probatur haec conclusio: Quia gra-
tia participatio quædam est Dei, ut est virus in es-
sentiæ, & Trinus in personis & charitas eius qual-
itas est disponens ad dilectionem Dei, ut est vi-
rus & Trinus, & lumen gloriae dispositio est in
intellectus ad videndum Deum quo ad viam eius
essentiam in tribus suppositis substantem, & vi-
sio beatifica terminatur ad Deum, ut est Trinus
& virus, & similem habitudinem habent omnes
effectus ordinis supernaturalis: quamus enim
gratia & alij omnes eiusdem ordinis effectus a Deo
ut ab effidente dependant, quatenus virus est in
essentiæ, ab eo tamen ut ab obiecto & termino &
ut causa formalis seu exemplari ac finali depen-
dent, quatenus est Trinus & virus. Quemadmo-
dum enim grauitas terræ naturaliter ac essentialiter
ordinatur ad centrum, ita gratia & alia super-
naturalia ex intrinseca sui natura ordinantur in
Deum unum & trinum, ut in proprium ac pro-
portionatum eorum suum; igitur in his effectu-
bus quidditative cognitis cognosci poterit eu-
denter Trinitas personarum, sicut cognita quid-
ditate terræ grauitate, cognoscimus euidenter
centrum esse.*

*VLTIMA CONCL. Christus per scientiam infusam
cognovit evidenter Trinitatem quo ad quia est intuitu,
sed impropter modo superiorius explicato. Hæc patet ex di-
ctis: & probatur etiam: quia, ut ostendimus, possi-
ble est datam speciem immediate & distincte, licet
non quidditative, representantem Deum ut est
Trinus & virus; sed per hanc cognoscitur euide-
nter & intuitu, licet impropter, Trinitas persona-
rum quo ad an est; ergo.*

*CONTRA primam conclusi. sunt argum. Vasq. que Argumen-
tum refert & solvit Aluar. diss. 62. & ea quæ producit ^{ta, & solu-}
Bann. pro 4. sua concl. quorum solutio patet ex di-
ctis, & erit euidentiore ex solutionibus argumentu-
rorum contra ultimam nostram concl.*

*CONTRA secundam concl. sunt argumenta, que
referunt & soluent Bann. Zumel. Suar. & Aluar.
locis supradictis.*

*CONTRA ultimam concl. argumentatur Bann. vlt. concl.
primo,*

solut. **primo**, quia D. Tho. hic ait animam Christi per hanc scientiam non vidisse diuinam essentiam; ergo. **Rsp.** Animam Christi per hanc scientiam non vidisse diuinam essentiam quidditatue, sed tantum quo ad quia est.

Obi. 2. **Secundo** impossibile est dari speciem creatam, quæ repræsentet tres personas sicut sunt in seipisis; sicut nec repræsentari potest essentia Dei, ut in se est; ergo. Eodem argumento vtitur Zumellus. **Rsp.** falsum esse assumptum loquendo de representatione essentie & personarum in se ipisis, id est immediate & non in alio obiecto prius repræsentato; & de representatione evidenti, non quidditatua, sed quo ad quia est, de qua loquitur nostra conclusio.

solut. *Obi. 3.* **Contra eandem** conclus. argumentantur alij **primo** quia species immediate repræsentans Trinitatem, & quæ est illius propria, debet esse eiudem rationis cum illa: & eam repræsentare non tam secundum gradum communem, sed etiam secundum gradum proprium, atque adeo non ad instar creature, sed prout in se est; igitur talis species repræsentat Trinitatem quidditatue, & non tantum quo ad quia est. **Rsp.** nullam esse cōseq. quia potest esse species aliquius rei propria, & aliquo modo eiusdem rationis cū illa repræsentans eam immediate secundum proprium gradum, quæ tamen non repræsentet illam quidditatue; ut patet de substantia Angeli, quæ Deum immediate repræsentat secundum proprium eius gradum, quo distinguitur ab omni ente creato vel creabili, ut est aliquo modo eiusdem rationis cum illo, quia est ipse Deus in esse intelligibili; nec tamen repræsentat Deum quidditatue; quia propria Dei non repræsentat ea claritate & distinctione, quæ sufficiat ad cognitionem quidditatem; sed quæ satis sit ad Deum, prout à creaturis distinguitur, intelligendum; longe tamen perfectione modo, quam nos per species à rebus acceptas Deum, pro ut à ceteris entibus distinguitur, intelligamus; sic igitur species in dite anima Christi Deum in tribus suppositis sub silentem immediate, & quo ad propria repræsentant longe perfectior modo, quam per species & lumen diuinæ revelationis mediate vel immediatae nobis repræsentetur; non ea tamen distinctione & claritate, quæ necessaria est cognitioni quidditatue; sicut nec quilibet habet species propriam signis, bouis aut hominis habet eius cognitionem quidditatem, sed neesse est distincte concipere genus & differentiam eius constitutiuam & à ceteris distinctionam. Stat enim species rei propria, etiam in actu secundo cum cognitione confusa, aut non quidditatua.

Obi. 4. **Secundo** arguunt. Quia Trinitatem esse non est aliquid minus immateriale, aut minus perfectum, aut minus identificatum cum suo esse, quam ipsa quidditas Trinitatis; sed nulla potest dari species quidditatis Trinitatis, eo quod est infinite immaterialis & perfecta, & suum esse; igitur non potest dari species repræsentans illa esse secundum suum proprium conceptum, quin repræsentet proprium & quidditatum conceptum illius. **Rsp.** hoc argumento probari non posse dari speciem repræsentantem intuitiu propriæ Trinitatem esse, non autem probat impossibile esse dari speciem, quæ repræsentet idem intuitiu, sed impropter; Vnde admissa secunda propositione & consequentia de cognitione intuitiu propriæ dicta, negatur eadem secunda propositione, si sermo sit de cognitione intuitiu improprie sumpta; quamvis enim esse Trinitatis à parte rei sit idem quod quidditas Trinitatis & ideo non possit repræsentari sicut est,

A id est intuitiu proprie, nisi repræsentetur etiam quidditas sicut est, & consequenter videatur Trinitas quidditatua; si tamē sermo sit de cognitione intuitiu minus propriæ dicta, potest repræsentari quidditas & esse Trinitatis, euidenter quidem, sed non quidditatua; non enim omnis cognitione quidditatis est quidditatua.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus has scientia rati potuerit non conuertere se ad phantasmatu.

A Secundum sic proceditur. Videtur, quod anima Christi non potuerit intelligere secundum hanc scientiam, nisi conuertere se ad phantasmatu. Quia, ut dicitur in tertio de anima, Phantasmatu comparantur ad animam intellectuam humanam, sicut colores ad visum. Sed potentia visiva Christi non potuit exire in actum, nisi conuertere se ad colores. Ergo etiam neque anima intellectu eius potuit aliquid intelligere, nisi conuertere se ad phantasmatu.

B Præterea: anima Christi est eiusdem nature cum animalibus nostris: altoquin ipse non est eiusdem species nobiscum: contra ad quod Apostolus dicit Philip. 2. quod est in similitudinem hominum factus. Sed anima nostra non potest intelligere, nisi conuertere se ad phantasmatu. Ergo etiam neque anima Christi.

C Præterea: Sensus datus sunt homini, ut deseruante intellectu. Si igitur anima Christi intelligere potuit absque conuersione ad phantasmatu, que per sensu accipiuntur, sequeretur, quod sensus frustra fuisse in anima Christi: quod est inconveniens. Videatur igitur, quod anima Christi non potuerit intelligere, nisi conuertere se ad phantasmatu.

Sed contra est, quod anima Christi cognovit quadam, que per phantasmatu cognosci non possunt, scilicet substantias separatas. Potuit igitur intelligere non conueriendo se ad phantasmatu.

D Respondeo dicendum, quod Christus in statu ante passionem, fuit simul viator, & comprehensor, ut infra magis patet. Et præcipue quidem conditiones viatoris habuit ex parte corporis, in quantum fuit passibile: conditiones vero comprehensoris maxime habuit ex parte animæ intellectuæ. Est autem hec conditio animæ comprehensoris, ut nullo modo subdatur suo corpori, aut ab eo dependeat; sed totaliter ei dominetur. Vnde, & post resurrectionem, ex anima gloria redundabit ad Corpus. Ex hoc autem anima hominis viatori indiget ad phantasmatu conuerti, quod est corpori obligata, & quodammodo ei subiecta, & ab eo dependens. Et ideo anima beata, & ante resurrectionem, & post, intelligere possunt absque conuersione ad phantasmatu. Et hoc etiam oportet dicere de anima Christi, quæ D. 185. plene habuit facultatem comprehensoris.

Ad primum ergo dicendum, quod similitudo illa, quam Philosophus ponit, non attenditur quantum ad omnia. Manifestum est enim, quod finis potentia visiva est cognoscere colores: finis autem potentia intellectuæ non est cognoscere phantasmatu, sed cognoscere species intelligibilis, quas apprehendit a phantasmatibus, & in phantasmatibus secundum statum praesentis vita. Est igitur similitudo, quantum ad hoc, ad quod aspicit utraque potentia: non autem quantum ad hoc, in quod viriusque potentia conditione terminatur. Nihil autem prohibet secundum diuersos status ex diuersis rem aliquam ad suum finem tendere: finis tamen propriæ aliquius rei semper est unus. Et ideo, licet visus nihil cognoscat absque colore, intellectus tamen secundum aliquem statum potest cognoscere absque phantasmate, sed non absque specie intelligibili.

E Ad secundum dicendum, quod licet anima Christi fuerit eiusdem naturæ cum animalibus nostris, habuit tamen aliquem statum, quem anima nostra non habent nunc in re, sed solum in spe, scilicet statum comprehensoris.